



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François


Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Senensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

VITERBIANA.

antiquo comparando, vt eius indicant opera egregia, restantur miracula. Vixit annos LXX. mens. XI. d. VIII. Obijt anno salutis M. D. XXI. VIII. Calend. Feb. Marius Massæus Episcopus Caualirenfis, patri S. Pos. Sic itur ad astra.




VITERBII.

IN PORTA VALLIS.

EX auctoritate ALEXANDRI FARNESII Cardin. Leg. perpet. Populus Viterb. Portam Farnesium aperuit, Valliam minus commo- do loco positam cluist, Anno M. D. LXIX.

IN PORTA SIXTI.

ALEXANDRO FARNESIO Cardin. amplifs. Legat. Perpet. quod prouinciam summa in tranquillitate constituerit, & Viterbium quotidie au- geat, atque ornet S. C.



SENENSIA.

IN SENAM IVL CAES,
SCALIGER.

QVmpremere inuictis vicinas viribus vrbes
Martius imperij sollicitaret amor;
Abstini, & iustam colui sub pace quietem:
Summaque iudicij maxima, nolle, fuit.
Quot nam oblita sui, qua regna aliena petebant?
Vt mea sum, pra me sit, potuisse, satis.

INSCRIPTIONES

IN LITHOSTROTO SVMMI TEMPLI
imagines Sybillarum posita, an. 1482.

I. SYBILLA.

ALBVNEA, seu Tiburtina, quod Tiburi
 pro Dea coleretur.

Nascetur Christus in Bethlehem, annunciabi-
 tur in Nazareth, regnante Tauro Pacifico, funda-
 tore quietis. O felix mater cuius vbera ipsum be-
 stabunt!

II. SAMIA, de qua loquitur Eratosthenes.

Tu enim stulta Iudæa, DEVM tuum non cognovisti, ludentem mortalium mentibus, sed & spina coronasti, horridumque fel miscuisti.

III. PHRYGIA, quæ Ancyra vaticinata est.

Tuba de cælo luctuosam emittet vocem; terre-
 rum chaos ostendet dehiscens terra; venient ad
 tribunal DEI reges omnes: DEVS ipse iudicaturus
 pios simul & impios, tum demum impios in ignem
 & tenebras mittet; qui autem pietatem tene-
 rent, iterum viuent.

IV. HELLESPONTICA, in agro Troiano
 nata, quam scribit Heraclides tem-
 pore Cyri fuisse.

In cibum fel, in potum acetum dederunt; hanc
 inhospitalitatis monstrabunt mensam. Templum
 verò scindetur velum, & medio die nox erit tene-
 brosa tribus horis.

V. LIBYCA, cuius meminit Euripides.

In manus iniquas veniet: dabunt DEO alas
 manibus incestis: miserabilis & ignominiosus
 miserabilibus spem præbebit.

VI. CYMEA, quam Pifo in annalibus nominat.

Et mortis fatum finiet, somno trium dierum suscepto; tunc à mortuis regressus in lucem veniet, primus resurrectionis initium ostendens.

VII. DELPHICA, de qua Chrysippus.

Iple tuum cognosce DEVM, qui DEI est filius.

VIII. CVMANA, cuius meminit Virgilius.

*Ultima Cumæi venit iam carminis ætas,
Magnus ab integro seclorum nascitur ordo,
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna,
Iam noua progenies calo demittitur alto.*

IX. ERYTHRAEA, quam Apollodorus suam aut esse ciuem.

De excelsa cælorum habitaculo prospexit Dominus humiles seruos, & nascetur in diebus no- uissimis de virgine Ebræa in cunabulis terræ.

X. PERSICA, cuius meminit Nicanor.

Panibus simul quinque, & piscibus duobus ho- minum millia quinque in eremo satiabit, & reli- quas tollens duodecim cophinos implebit, in spem multorum.

IN AEDE SVMMA B. VIRGINIS.

IOANNES VGVGERIVS decreto publico heic situs est. Decessit montis aperti clade an. sal. 1260. Is aedè auri abundans fuisse fertur, vt neces- sitatis tempore vltro reipubl. duos currus auro re- fertos Reip. obtulerit, tantundem, aut plus etiam, sibi in ædibus reseruans. Ob id etiam ædes in foro reliquis omnibus prominentiores ædificare con- cessum est illi. Item, vt primus ciuium in summo hoc templo sepeliretur.

D. O. M.

D. O. M.

CAMPANVS *S*iacet hinc nostri clarum decus ani,
Eloquio resonans, carmine, & historia,
Nec tamen hic totus. sola hinc sunt ossa, periuit
Cælum anima, aëst orbem gloria, corpus humum
Interijt corpus: viuit sed gloria: viuit
Spiritus. in solo corpore mors patuit.

ANGELI POLITIANI.

Ille ego, laurigeros cui cinxit & insula crines,
CAMPANVS, *Roma delictum, hic iaces.*
Mi ioca dictarunt charites; nigro sale Momus,
Mercurius mæeo, tinxit vtroque Venus:
Mi ioca, mi risus placuit, mihi vterque cupido:
Si me fles, procul hinc quæso, viator, abi.

IBIDEM.

Humanis nulla est rebus fortuna perennis;
His mundi vicibus denique finis erit.
Ne querere afflictus, neu tu confide secundis;
Omnia sub paruo disperseunt tumulo.
Sed venerare Deum, si mox cupis esse beatus.
In caca heu transfert tartara nos vitium.

IBIDEM.

Illustri IOANNI BENTIVOLO II. cuius
 virtutem spectes, satis vixit; si ætatem, parum. In
 cùm exercitu Henrici I I. Franc. regis alicuius equitum
 magna cum laude præesset; ad paludem Clauis
 copijs Florentiæ Ducis oppressus, in bello quod
 pro euertenda Senen. libertate gerebat, maluit
 in prælio fortiter occumbendo egregiam sui me-
 moriam relinquere, quàm fugiendo turpiter am-
 te gl

te gloriæ deesse. Cornelius Bentiuolus, & Anton. Gal. fratres moestifs. P. P. An. Dn. 1554. Vix. ann. xx.

IN S. DOMINICO.

*Vina dedere neci Germanum, vina sepulcro
Funde, sitim nondum finijt atra dies.*

ITEM.

Nemo me lacrymis ploret, nam mortua non sum.

Viuo sed in superis lata beata locis.

Marmore tu cinerem claudis Hieronyme coniux,

Ipsa sed ante Deum supplico vt astra petas.

Montanimæ Laurentij Boninsignij Equitis F. gratia & decore supra cæteras insigni. quæ vix. an. 25. cum viro 9. trib. liberis superstibus decessit. Hieron. Petruccius vxori honestifs. & concordiali B. M.

Cur turbata fremit Pallas? cur Delia clamat?

Cur lacerat seuo nunc Venus vngue genas?

Occubuit quoniam sapientia, forma, pudor quæ,

Cuncta puellari corpore iuncta simul.

Proh mala fors hominũ! nã quæ preciosa supersunt,

Continuò properat impia mors rapere.

D. O. M.

ANGELO PLACITO iuueni Græcæ Latinæque linguæ peritifs. mira animi, generis & corporis nobilitate clarifs. sexta ætatis suæ Olympiade defuncto, cuius mores, virtutesque omnes, inuententes Parcæ, senem putauere: Ioan. Bapt. pater omnium infelicifs. æternum lacrymans B. M. P. An. sal. 1522.

IN S. AVGVSTINO.

HELEONORAE Piccolmineæ Hieron. F. p
 dicitia inenarrabili, egregiaque forma prædita,
 prudentia verò plus quàm scemina, diem suum
 obeuntij Augustus Chisæus vxori carissimæ su-
 uissimæque P. C. Ob. 3. Id. Febr. 1561.

SERVATORI DEO PACIS
CVSTODI.

Genio, Manibus & vmbra GEORG. ECKARDI
 ciuis Inspruchensis: Erasmi Mani de Fuchsbach
 Germanicæ cohortis præfecti primipili subces-
 turionis, qui illustris. Ioan. Baptista Archij Co-
 mite Propratore, Tribuno, Senensi bello, Catalan-
 secutus militiam, clarissimum decus sibi suisque
 peperit. Prælio verò quod apud Marciænum depo-
 gnatum est, pro sua virili Germanum nomen
 signi gloria præstitit inuiolatum. Decessit ann. sal.
 1556. prid. Kal. August. æt: suæ an. 30. d. 7; fientes
 P. commilitones.

IBIDEM.

LACTANTIUS LVCARINVS caufid. Senen-
 sis; spiritum Deo, prolem Naturæ, labores Forti-
 probitatem Famæ, nefas Erebo, ossaque sepulcro
 sibi viuens ac posteris D. an. sal. 1558.

IBIDEM.

Non ita multum curandum est eis, qui necesse
 sariò morituri sunt, quid accidat, vt moriantur
 sed moriendo quò ire cogantur. Christophorus
 Francisconius, hoc sibi & posteris dicauit moni-
 mentum.

IBIDEM.

MARGARITAE GRIFFOLAE incomp. prudent. integrit. q; matronæ, coniugi caris. qua cum 1. & 20. ann. coniunctis. amantis. q; vixerat: filiosque 20. ex ea suscep. Scipio Verdellus, non tam senio quàm moerore confectus, P. C. Vixit ann. 66. Obijt Kal. Iulij 1563.

IBIDEM.

EVFRASIAE ex Illiccor. Comitum gente, Claudio Socino iuveni nobiliss. desponsata, quæ egregiam teneris in annis corporis pulcritudinem senili prudentia superabat. Hanc, dum illi Hymenæus lætus frequenti pompa iam iam nuptiales tædas accenderet, inuida Mors atras facies præferens, in quarto decimo heu nefas ætatis suæ anno extinxit. Achilles Illiccus Comes, & Catharina Burghesia parentes mœstiss. P. P. III. Non. Mart. 1554.

IBIDEM.

PORTIÆ SARACENÆ Iul. F. proleæ virtute fecundæ. 7. superstitib. lib. diem pudiciss. functæ, Virginia mater domo eius penitus destituta, & Claud. Ptolemæus coniunx, omnium mœstiss. piè P. P. Vixit annos 32. m. 4. d. 7. Ob. prid. Kal. Iul. 1553.

Vixit tanquam morituræ.

Mortua est tanquam victuræ.

POTATORIS.

Vina dabunt vitam; mortem mihi vina dedere;
Sobrius auroram cernerè non potui.

offe

*Ossa merum sitiunt: vino consperge sepulcrum,
Et calice epoto, care viator abi.*

VALETE POTATORES.

AVRELIAE PETRUCCIAE Burghesij filie
cui nihil defuit quod fas esset optare, post annum
alterum & 30. quàm terris ostensa est, coelo red-
ditæ, Camillus coniunx lacrymans P. 4. Non. No-
uemb. an. Dn. 1542.

IBIDEM.

HONORATA VRSINA Puellarum decus, ma-
tronarum splendor, coniugum honos, pudicitie
iubar, sanctimonie templum, virtutum & forma-
tumulus, hoc breui conditur sarcophago.

IN AMBITV.

*Hic lapis exultos cineres, & membra coercet
BAPTISTAE, tumulo qui iacet exiguo.
Dum puer insudat studijs, iuuenilibus annis,
Solvitur, ac votis fallitur ipse suis.
Spargite humum iuvenes, lacrymis rorate sepulcrum,
Ut cinis, atque umbra terra sit ipsa leui.*

IN MONASTERIO S. SPIRITVS.

*Hic Americus humor, sed quis sim nosce viator:
Pulvis, humus, tellus, Putrida terra, cinis.
Exposita semper fuerat mea vita labori
Dum vixi, placida est nunc mihi data quies:
Octuaginta fluens mundus mihi prestitit annos:
In vita humanus, sanctus in interitu.
Si quæris, quis me hic intrusit, sisto, docebo.
Filius ornauit hac monumenta meus.*

IN S. FRANCISCI.

D. O. M.

Quisquis es, si pius es, ne parcito lacrymis
 HIERONYMVS SARACAENVS hoc paruo
 contegor tumulo, qui dum ab hostibus obsessam
 patriam liberarem, pectus clypeum pro ciuibus
 offerens, victoriam & immortalem mortem re-
 portauit, quæ superis, naturæ, patriæ, amicis, pa-
 rentibus debui, persolui, si piè patriam amas, quæ-
 so, ne inuideas. In acerbissimam pietatem mœ-
 stiss. Parentes PP. quarta olympiade nondum per-
 actâ, anno 1526. M. Quinct. D. 27.

IBIDEM.

CAMILLO SARACAENO Indolis ingenij-
 que egregij puello, vnico ampliarum fortunarum
 hæredi, ex ponticulo à Parietum structoribus
 malè fulcito delapso, & exanimato, Virginea ma-
 ter nunc vidua & infausta fecit, cuius orbitate lu-
 tum nunquam finiendum, puerique casum lector
 condoleas. Vixit ann. 9. M. 3. D. 8. & 20.

IBIDEM. D. O. M.

NANNEM MARSILIVM, ne immortalis fie-
 ret, (id enim de se promittebat) in XII. æta-
 tis suæ anno immatura mors, extinxit; præclara
 camilla, illa inquam Marsilij coniunx, delicias
 suas hîc posuit, quæ generosæ prolis studiosa,
 dum mortalis immortalis NANNEM & Mu-
 tium filios faceret, quod Dijs proprium; humano
 inuidens ingenio, mors præripuit. Anno 1533. D.
 11. Nouemb.

P SYL.

SYLVII PII II. PONT. MAX.
PATRIS.

*Sylvius hic iaceo: Coniunx Victoria mecum est.
Filius hoc clausit marmore Papa Pius.*

ALIBI.

*Domenico da Siena, tecta matta
E qui sepolto, vn huom senza vergogna,
Nacque, risse, & mori contanta vogna,
Che così morto, morto ancor si gratta.*

AD S. BERNARDINVM
extra muros.

PAVLO VITELLIO, à quibus non debuit in-
iuste confosso, post condonatum, vt Christianum
debet, iniuriam religiosissime mortuo, Anton. Fe-
lius pijs. patri benemerenti. Vix. ann. LXII. mens.
VIII.

IBIDEM IN CELLA.

*Grata domus, genitor, frater, cari que sodales,
Et quondam preciosa mihi terrena valete.
Sat me lethifera mundus dulcedine lusit,
Sat tenuit me falsus amor, discedo solutus
His laqueis, secur a iuuat iam claustra subire.
Nudus ab hoc pelago veniens ad littus amœnum,
Te bone Christe sequor; solus mihi sufficit vnus.*

IN PRAETORIO AD IMAGINES
C. IVLII CAES. ET CN.
Pompeij.

Hos pietate viros animis insigite cines,

Publ.

*Publica concordia dum sunt bona corde secuti;
Maestas Romana Duces tremefecit, & orbem.
Ambitio sed caca duos vbi traxit ad arma;
Libertas Romana ruit, scissoque senatu,
(Heu) licet & puero caput alta ascendere Roma.*

AD PORTAM PISANAM.

Caes. Fridericum III. Imperat. & Leonoram
sponsam Portugal. Regis F. hoc se primum salu-
tasse loco, laetisque inter sese consultasse auspi-
cijs marmoreum posteris indicat monumentum:
An. Domini 1451. 7. Kal. Mart.

IN ARCE NOVA.

COSMVS MEDICES, Dux Florentiae & Sena-
rum, Arcem, & vnà Senensium quietem, & securi-
tatem fundauit. Anno M. D. LXI.

P I S A N A.

IN PISAS IVL. CAES.
SCALIGER.

PISA vetus, victi spolijs Orientis onusta,
Inuidia armauit liuida tela trucidis,
Sic nocuit vicisse! alijs sic vicimus ergò!
Sic res est humili tutior arcta loco!
Mortales, sperate vices, nec credite fati.
Nam quod nos alijs, illa dedere mihi.

IN TEMPO SVMMO.
HENRICI VII. IMPERAT. DVVIS
Lucemburgi.

P a

Hoe